charitatem unum eſſe intelligi uolẽs.ad patrem dixit. Pater iuſte mundus te non cognouit.ego autem te cognoui.& hij cognouerũt quia tu me miſiſti. & notum feci eis nomen tuum.et notum faciam.ut dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit. et ego in ipſis. Quiſquis ergo percipit plęnam noticiã dei.ſimul habet in ſe perfectã dilectionem dei.& his ambobus fruens.ęternam beatitudinem adepto ſummo bono tenebit.

## DE MODO LEGENDI SACRAS SCRIPTVRAS. Ca. VI.

s Ed nos his ita pręlibatis.ad tertium illum gradum ideſt ſcientiam.conſideratõnem referãus. de quo diſſerere quod dominus ſuggeſſerit atq; tractare inſtituimus. Erit igitur diuinarũ ſcripturarum ſolertiſſimus indagator qui primo totas legerit.notaſq; habuerit.& ſi non dum intellectu. iam tamen lectione.dumtaxat eas quę appellantur canonicę.nam cęteras ſecurus legat.fide ueritatis inſtructus. ne pręoccupent inbecillum animum.et periculoſis mẽdaciis atq; fantaſmatibus eludentes.pręiudicent aliqd ſanam intelligentiam. In canonicis autem ſcripturis eccleſiarum catholicarum quam plurimũ authoritatẽ ſequatur.inter quas ſane ille ſunt. q̃ apoſtolicas ſedes habere.& epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis.ut eas quę ab omnibus accipiuntur eccleſiis catholicis.pręponat eis quas quidam non accipiunt.in eis uero quę non accipiũtur ab omnibus. pręponat eas quas plures grauioreſq; accipiunt.eis q̃s paucioris minoriſq; authoritatis eccleſię tenẽt. Si autem alias inuenerit a pluribus alias a grauioribus haberi.quãquã hoc inuenire nõ poſſit. ęq̃lis tñ authoritas eas habẽdatis puto.totus aũt canõ

ſcripturarum in quo iſtam conſiderationem verſanda dicimus. his libris continetur. ut breuiter dicā. ueteris teſtamēti. xlv. noui autem xxvii. qui ſunt lxxii. Quorū omnium nomina & ſeriem. & authoritatē quia in ſuperiori libro quantum potui deſcripſi non neceſſe credimus iterare.

## DE CANONE HEBRAEORVM. QVOMODO APVD EOS TRIPERTITVS EST ORDO DIVINARVM SCRIPTVRARVM. Ca. VII.

n Otandum tamen quod hebręi uetus teſtamentum Heſdra authore iuxta numerum litterarū ſuarum in xxii. libros accipiunt. diuidētes eos in tres ordines. legis ſcilicet. prophętarū. & agiographorū. Primus ordo legis in quinqꝫ libris accipit. qrū primus eſt Breſith. qui eſt Geneſis. Secundus Eleſmot qui eſt Exodus. Tercius Vagecra. qui eſt Leuiticus. Quartus Vagetabanin. qui eſt Numerus. Quintus Eleadabarim. quod eſt Deutronomiū. Hij ſunt quinqꝫ libri Moyſi. quos hebręi Thorath. latini legē appellāt. proprie autē lex appellatur. quę per Moyſen data eſt. Secundus ordo prophętarū. in q continent libri octo. quorū primus Ioſuę bennun. qui latine Hieſu naue dicitur. Secūdus Soptun qui eſt Iudicū. Tercius Samuel qui eſt Regū primus. Quartus Malachim. qui eſt regū ſecūdus. Quītus Eſaias. Sextus Hieremias. Septimus Eçechiel. Octauus Tariſtra qui dicit duodecī ꝓphętarū. q libri quia ſibi ꝓ paruitate adiūcti ſunt ꝓ vno accipiunt. Tercius eſt ordo Agiographorꝫ. .i. ſctā ſcribentiū. in q ſunt libri nouē. qrū primus Iob. ſcd's Pſalteriū. qui in quīqꝫ inciſionibus diuiditur. Tercius Maſioth. quod eſt Prouerbia Salomonis. quartus Cœleth q eſt Eccleſiaſticus. quītus Syraſirin qd eſt Cātica cāticorū. ſextus Daniel. ſeptimus Debreiamin. qd eſt uerba dierū. ideſt Paralipomenō. octauus Eſdras. nonus eſt Heſter. q ſimul oēs v. et viii. et ix. fiunt xxii. ſicut ſuperius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf